

ZC  
3493



Q.K



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-81644-p0002-2

DFG

QK 300.

v. Leipzig

Z c  
3493

CARMINA

*In honorem nuptiarum*

PIETATE, ERV-  
DITIONE, SAPIEN-  
TIA, VIRTUTE, RERVM  
multarum experientia & Gene-  
ris nobilitate præstantissimi viri, Dn.  
HENRICI à LEIPZIG  
in VVesenick: Præfecti Tor-  
gentis & Livverdensis

*cum*

NOBILITATE STEM-  
MATIS, PIETATE, CASTI-  
tate & morum elegantia decora-  
tissima virgine SOPHIA. Strenui no-  
bilitatis mique viri STELLANI AB  
HOLZENDORFF in-  
Dreieau, filia,  
*sponsa*

*VI. idus Octob. celebratarum.*

VVITEBERGAE  
Typis Zacharie Lehmanni.  
Anno M. DC. III.







## CARMEN Nuptiale.

Empore, quo pugnax alia GERMANIA, censum  
Ferre coacta fuit ferro, ET ignoris mata firmæ  
Insuetis fidei præstare gravissima dextris,  
Et sæcum tolerare jugum grassantibus Hunnis  
Totius imperium sibi desponentibus orbis,  
Fata graves patriæ semper miserata dolores  
Teutona terratibi, ( nec enim tua damna finebant  
Sævire ulterius superis cessantibus hostem, )  
Concessere virum, rebus qui sidera gestis  
Attigit ET fecit regnare per oppida pacem.  
Hic cum Teutonicis adjutus fortiter armis  
Prædictos patriis repulisset finibus Hunnos,  
Nulla sub arctoo quibus est gens sævior axe,  
Extructis patriæ circumdare mænibus urbes  
Iussit, ET in certis certamina ludicra circis  
Exercere, velut quondam Sigeia præbes  
Urbis ad Iliacæ simularvit prælia muros.  
Neve gravis, mentis præstantia cognita belli  
Tempore, cuiusquam forte indonata manerent,  
Nobilibus, virtus incendia tristia Martis  
Quorum delerat pariter, concessit honores

Henricum  
Eucupem,

In præmi-  
um nauatae  
militiae ex-  
tulit iam an-  
te nobiles et  
claros.

A 2

Quis

Quis seri possent una gaudere nepotes.  
Cætera quæ nondum pars aspirasset ad alta  
Nobilis atq; at auis prælustris acumina gentis,  
Cepit imaginibus primùm clarere decoris:  
Nam cæsar secum reputans insignia facta

Quia oppi-  
datim & vi-  
e atim alen-  
di erant mi-  
litæ. Militis exempli de quovis, ordine, pago  
Et quem selectum curarat in urbe fovendum,  
Præmia militiæ decrevit honesta secundæ,  
Clara superstitibus donans insignia turbis  
Certaq; finito dispensans prædia bello.

Hinc reor innumeræ generosissimatis extant  
Prognatæ geneses conduntq; in secula gentem.  
Ante tamen reliquas hoc ortas tempore stirpes  
Credibile est illas quarum memorabile nomen  
Urbis ESS' oppiduli vel ruris ovantis apertos  
Præfert titulos ESS' nomine gaudet eodem.

Si suppitan-  
do ab anno  
Christi 922.  
quo Hunni  
circa Mers-  
burgum in-  
signi clade  
repulsi sunt.  
usque ad  
currentem  
1603. pro-  
grediatur, e-  
runt anni  
681. tot.  
annos cre-  
duntur no-  
biles fuisse  
familiae, que  
oppidis vel  
pagis sunt  
cognomi-  
nes: quarū  
multæ ha-  
bentur in Minia, que nominibus suis oppida & pagos æmulantur representant.

LIPZIGIANA domus studiis sublimis ESS' armis  
Ad septingentos se penè exporriget annos.  
LIPSIA Castalidum sedes opulenta sororum,  
Et mercatoris quæstum tractantis asylum  
Esse potest testis veri dubitantibus instar,  
Quæ grassante fero patriis in finibus Hunno-  
rum vix in toto gens est truculentior orbe,  
Cæsarei juxta præscripti fida tenorem,  
Nonnullos belli cives nucrivit in usum,  
E quibus assedit præcellens omnibus unus  
Ordinis ad tanti fato concendit honorem,  
Quo

Quo nunc LIPZIGII, CHRISTO tribuente, fruuntur.  
Hinc satus HENRICUS deinceps labentibus annis,  
Qui SCHWARTZBURGERI natus laudabile nomen,  
vt reor à Comitis, cui nobile præsttit, usu,  
Officium, accepti munus subeundo ministri.

Nec modo Schuvatzburgi contentus nomine, fortis  
STIRNERI nullo casurum tempore nomen  
Insuper accepit, quod non contraxerit, acre  
Glisceret immanis si quando Belua bellum,  
Frontem, sed profugos alacris properarit in hostes,  
Quæ non LIPZIGO virtus heroica tantum  
FRONTATI notum peperit per secula nomen,  
Sed simul urgentis sævo discrimine belli  
FRIDRICUM herois gaudentem nomine fortis  
IVL. Burgiaca cinctum servavit in urbe.  
Nam procul ad validi rejecto castra pavore  
Hostis EBERHARDI castrum cingentis adiuit,  
HENRICUS celsi gestans tum temporis inter  
Agmina FRIDERICI chiliarchæ nobile munus,  
Hostis EBERHARDI castrum cingentis adiuit,  
Omnia cum jam jam tenebrosâ nocte jacerent,  
Miles EBERHARDI exhausto dimitteret arma Lyæo.  
Nec mora, stertentes sternens STIRNERUS in hostes  
Irruit, EBERHARDI propriis adjutus fortiter armis  
Millia multa neci dat, quot vix cymba Charontis  
Concava terribili stygiæ regionis in algæ,  
Addere quatriduo possit pallentibus umbris,  
Aula ubi Plutonis triplici circumdata muro,

Facta hæc  
scribuntur  
anno 1594.

A 3

Quæm

Quem refluit ambit piceis torrentibus amnis  
Infernus Phlegethon torquetq; sonantia saxa.

Evigilant reliqui factis clamoribus hostes  
Et profugi miseris implent ululatibus agros.

A criter HENRICUS turmis fugientibus instat,

Et capit autorem belli præsentis EBRAARDUM,

Qui fuit ASCANIÆ prælustris stemmate natus,

Teg; caballorum REMICI ROTTENE magistrum,

Inde velut meritum repetivit alacre decorum,

Nobilis aurati sibi conquisivit honorem. (gnæ

Ognavum dignumq; virum, quem vivida ma-

Extulit usq; adeò celebrem præstantia mentis,

Sejuncti ut stolido præsenti luce popello

In non exiguo versentur honore nepotes:

Sed ne quis solum nos ostentare loquatur

HENRICUM, & reliquam generis reticere medullam

Fare age, CHRISTOPHORUM, mea cura Polymnia, tanto

Affuit ALBERTO præli-  
anti in Phrisia & Fride-  
rico sequen-  
ti Romam  
religionis  
ergo profi-  
cienti.

Stemmate prognatum, prohibeq; silentia famæ,

Dummodo spumantis qua Phrisius accola Rheni

Cornipedum fœcunda gregi sibi vendicat arva,

Additus ALBERTI Misneiæ principis oræ

Agminibus, justis benè depugnavit in armis

Sæpe suæ oblitus re sic poscente, salutis.

Et quia captandi rationem nullus olympi

Præsule Romano potuit speciosius, ante

Temporis exacti punctos, ostendere mundo,

Suspirans patriæ veram cœlestis adoram

Principe FRIDRICO, cuius sapientia nomen

Auxit

Remigium  
a Rotten  
stabularium  
Principis  
Eberhardi.

Auxit, **E**ximum famâ transcripsit ad ævi. m,  
Fidi Romuleam properavit Achatis ad urbem  
Instar, **E**ornavit deinceps felicibus aulam  
Consiliis **F**RIDRICE tuam, cum rursus ab urbe  
Ausonia reduces vos mitia fata stitissent.

**S**YLVVR SINA sui ditio quod splendida juris,  
**L**ITZIGIANA domus facta est cum saltibus, omne  
Hoc ascribe tuo; ne sis ingrata, decenter  
**C**H R I S T O & C H R I S T O P H O R O, quem princeps Ensifer olim  
Quo cum trojogenam comes accessisset ad urbem.  
**V**sq; adeo uitæ deflevit munere funerum,  
Hujus ut haud similem sibi persuaderet Achatis  
Se lucraturum, totam licet exeat oram.

Quid memorem multis ALBERTUM, quidve politum  
ANSHELMUM, externis dum fortiter adjuvat oris  
Lilia Gallorum, belli primatis honore?

Quiddicam \*ERNESTUM præstantem, teg, **G**EORGE  
Iudicis officium quos ambos mansit honestum,  
Leucore à Themidi qua suffragatur in arce,  
Saxona terra tuo sumptus faciente Dynasta.

Sed mea te spectat, vir laudatissime, Musa  
**H**ENRICE istius laus, splendor **E** unio gentis.  
Nam te, (Marchiacis quam cognovisset in oris  
Heredem populus, cum DRESDÆ incumberet una  
Cum ducibus studio, vigilante mente, tenellis)  
Fata juventuti propensa dedere magistrum,  
Consilii ut regeres, regeret quo alter honestis  
Moribus, **E** doetas scite dñearet ad artes.

\*  
Dominus in  
Berwaldau  
& vVilde-  
nau cujus  
uxor; ex fa-  
milia Ange-  
torum.

Resedit in  
Schweta,  
uxor Hul-  
dinæ fami-  
lia est, quæ  
tota expi-  
ravit.

EE



Et nunc (tanta tuæ mentis præstantia!) summum  
Præfectum posuit princeps, cui Saxona tellus  
Paret, in eximiæ regionis finibus, ALBIM  
Nempe ubi turritis ARGELIA splendida muris  
Surgentis versus spectat confinia solis,  
Lusatiusq; jacet vicina LIVERDIA campis.

Allusio ad<sup>5</sup> bonum Ar-  
geliæ & Li-  
berdæ urbi-  
um, quibus  
præfides  
sponsus.

Omen inesse bonum quis quæso negaverit istis  
Nominibus? quis non ostendi viderit alto  
Fortunæ solem cælo te mitius alnum

Aspexisse tui confortes ordinis inter,  
Ensiferi teneas mandato Principis, urbis (nas.  
Ut cum TORGENSIS LIBUNVERDENSIS habe-  
Sic Deus immensum qui solus ab æthere mundum  
Spectat, Ec<sup>o</sup> in cuius sunt omnia climata terræ  
Imperio, miris rationibus efficit, alta  
Respondere suis interdum nomina rebus,  
Et combinari quæ combinanda fuerunt.

Sponsus in exemplo est, hic cum poscentibus aulam  
Rebus, DRESCORIAM manantis ad Albis adiret  
Profluvium, residet qua tandem nobilis heros  
Annorum post tot nova munia, digna ministro  
HOLZENDORFORUM generoso stemmate nato:  
Protinus ut venit, castæ arridere pueræ  
Incipit eximia vultus gravitate, decore  
Stemmatis, officii titulo; virtutis honore.  
Ille sibi contra nympham sinit e, Je medullis  
Mollibus infixam, fulgere insigniter ipsam  
Quod videt eximiis formæ splendoribus, aurâ

Incoluo

Incolumis famæ, morum probitate, parentum  
Culturâ, placidæ mentis candore, laborum  
Sedulitate, altæ præstante propagine stirpis,  
Et quo lætantur superi pietatis amore :  
Ergo ait, hîc requies, hîc delectatio nostra,  
His mea Sponsa locis, his est L I V V E R D I A tesquis.

Nec mora, cum SOPHIA teneatur amore puellæ.  
Alloquitur nymphæ clarum virtute parentem,  
Et te quam genuit stirps antiquissima matrem  
HAUGVITIUM, fudit quos arx PUTSCOVIA, nullis  
Heroës propter claros, incognitare regnis,  
Virginis, ut nymphi pia percepere, parentes  
Vota, cupidineis transfoſſi pectora telis,  
Protinus ad nutum (quis enim n̄iſi morio, tanto  
Deneget heroī præstanti corpore natam?)  
Subſcripsere piis, quā par gravitate, petitis,  
Cum tractaretur generoso SPONSIO more.

Iamq; celebrantur læto connubia plausu,  
Expectata manus præco conjungit utrasq;  
Et pia divini recitat mysteria verbi:  
Vt benè dispositi primâ sub origine mundi  
Omnia condentis majestas alma tonantis  
Humano castos in corde accenderit æstus,  
Ev a penes socium cum condita staret ADAMUM,  
Decosta ignari virgo ædificata mariti,  
vtg; faces nostram gentem comitentur amoris,  
Talis adhuc serie, pereat ne forsitan omne  
Exiguo nostrum ſpatio genus; inclyta verūm

B.

Prodeat

Prodeat, & veluti lampas de lampade ducit  
Inflammata facem, generis quo semina nostri  
Perpetuò superent, dum mundi erit hocce theatrum,  
Qui pia salvifici clarent mysteria verbi  
Et Themidos stolido dispensent abdita vulgo.  
Addit vota, preces, laetis ut junxerit ambos  
Auspiciis optata dies, jucunda voluptas  
Copulet, & stabili concordia neclat amore.

Nos pariter thalami decorantes gaudia Musis,  
Ordia felicis, generose, precemur amoris  
Conjugio PRÆFECTE tuo, pariterq; rogemus,  
Ut vestra innumeros conjunctio duret in annos,  
Optima conjugio nascantur pignora vestro,  
Tristia quæ vitæ non unquam munus acerbant  
Fata procul vestris depugnent ædibus, omnis  
Prosperitate decor comitetur amabilis ambos:  
Donec ad æternæ confortia sedis euntes,  
Æternæq; Scholæ sanctum in commune relatos,  
Sperato excipiet cœlestis Patria regno:  
Id quoderit, putri cum surgent pulvere nostra  
Corpora, quæ toto durantis tempore mundi  
Fædere perbellè lecti mediante jugalis  
Enihilo in roseas rerum pater extulit auræ.

Hæc super insignis cecini pro tempore magna  
Ornamenta domus, urbis quæ nomine dicta  
LIPZIGIANA decus magnum & memorabile gesta,  
Dum vir clare meis semper memorande Camænus  
Optatum celebras thalami felicis honorem.

Faxit

Faxit inaccessus cœli terræq; monarcha;  
Mœnia qui residet cœli super alta triunus,  
Ut tibi succesto feliciter ordine tota,  
Præmissi juxta votiq; precisq; tenorem,  
Vita tuo constet nutu, plaudentibus alis  
Gloria perpetuo vestram circumvolet ædem,  
Friviculumq; piâ secedat prorsus ab æde;  
Sancta Trias thalamis adsit Promnestria vestris,  
Et cadat in nibilum quicquid Fortuna minatur.  
Deniq; perverso quando valedixeris orbi,  
Quondam cum lectâ lecti consorte jugalis,  
Dulcis olympiacâ cœli super atria sede,  
Omne Choris vivas junctus cœlestibus ævum.  
Incolis interea vasti dum mœnia mundi,  
• Det Deus acquiras virtutis munere tanta  
• Æternumq; tibi nomen, genti q; tuorum,  
Cujus ab H E N R I C I sic incunabula primi  
Imperio, tenui sunt derivata lepore.

M. Ioh. Gentzsch *oxovōmu* *musenaw* *oēs*  
Sittenæ apud Kötritios F.

Eiusdem Epigramma

Ad Sponsum.

FErtur Atalante Schoenei pulcherrima proles  
Ferre repantino se potuisse gradu.  
Cujus ob illustris formæ spectamen, amorem  
Heroës reliquis præposuere thoris.

B 2

Illa

Illa procis legem posuit nubentibus istam;  
Ut victos celeri delectat ipsa, pede.  
Econtra gressu quisquis superaverit illam,  
Introeat, nulla re prohibente, thorum,  
Inde fugam rapuit procerum pars ampla novorum.  
Alma quibus potior virgine vita fuit.  
Solus at Hippomenes pronepos rectoris a quarū,  
Nil quicquam latâ conditione pavet,  
Namq; citæ cursum remoratur virginis auro,  
Aurea Cyprigenæ cum tria poma jacit.  
Sic quondam Iasiden cepit Megareius Heros,  
Quæ reliquos cursu vicerat ante procos.  
Attu cum nympham peteres in foedera pulchram,  
Usus es haud istis, VIR GENEROS E, dolis.  
Namq; preces, Pietas, generis præstantia, virtus,  
Pomorum versas obtinuere vices,  
Participemq; tuæ te constituere puellæ,  
Visa tibi soli quæ fuit æqua viro.  
Ergo tui Thalami jussus gratabor honori,  
Cum generosa tuo cedat amica thoro.  
Quod si permittent tractanda negotia, quæ so  
Aspice Pæanis carmen inane mei.  
Sic te venturi celebrabo temporis hora,  
Et tua post quicquid fama requirit, agam.

IDYL.

IDYLLION VENATORIUM,  
DE CASTO AMORE ET CON-  
NUBIO SACRO

*Vir istrenui & Nobiliss: HENRICI à LEIPZIG Etc.*

P Vrpureos Veneris saltus indagine cinxit

Stemmata Venator nobiliore satus.

Retia disposuit, venabulaq; aurea, Ceruam,

Capturus, quà vix pulchrior ylla foret.

Nec mora, nunc illuc, nunc huc vestigia torquet,

Quà queat aureolo calce tenere feram.

Hic ubi cæruleam præcinctus arundine frontem

ALBIS arenoso vortice torquet aquas.

Hic ubi magnificè constructam uideris arcem

TRESCOV IAM, aulæum, Carole dice, tuum.

Dumq; ita flectit equum juga per vallesq; profundas,

En ruit in molles præda petita plagas.

Præda petita diu, precibusq; optata seueris,

Digna & amore hominum, digna & amore DEI.

Hanc avidâ capit ille manu: petit illa salutem,

Dcplorans sortem, fletibus ora rigat:

Parce precor teneræ, speciosæ ah parce capellæ

Parce, nec innocuæ sanguine tinge manu.

Sponte sequar, quo cunq; volet diuina voluntas,

Sponte sequar, quò me fata Iesusq; uocat.

Dixerat hic contra: quid rumpis pectora questu-

Cervula? fortunam desine flere tuam.

Vit amor, molles populatur flamma medullas,  
En animæ faciam quod cupis omne tux.  
Quid faceret: Verbis est ceruula victa modestis,  
Dum data dextra piam spondet amica fidem.  
Sum tua, tu meus es, tua nec mihi linquere tesqua  
Mens est, dum vitæ stamina firma meæ.  
Exsiluit gestu, plausu & clamore secundo,  
Atq; his, uenator, sollicitauit opem:  
Alme Deus, liciti qui fautor & auctor amoris,  
Conserua ceruam, quæ mihi præda, meam.  
Respondet pulchro Sophiæ quæ nomine dulci  
Et Sophiam uerbis procreat arte suis:  
Ut bené subtutæ latitantes tegmine Pacis  
Ducamus multos cum Pietate dies:  
Donec ab his terris nos ad cælestia poscas:  
Gaudia, non ulla disperitura die.

*Laurentius Peckstein.*



E I V S D E M ,  
Ad Eundem.

Q Vi primum ex terra massa produxit A D A M U M  
Maris, atq; terra conditor:

*Atq;*

Atq; adjutricem vita, Casusq; ministrans  
Eum per omnes tradidit.

Qui quoq; nunc Sponso constanti fædere jungit  
Castis puellam moribus:

Virtutum genetrix PIETAS cui lacte sub ipso  
Cura fuit dulcissima;

ADSIT, & hec firmet connubia sacra jugalis  
Lecti paterno numine:

Flagrans igne suum flagrantem pascat amoris  
Vxor Maritum mutui,

Delicias vitamq; vocet, solamen, amores  
SOPHÄA N HEINRICUS suam.

Sit veluti vitis, qua turget amena racemis,  
Thori det uxor pignora,

Qua sicut fructus olea multo agmine cingant  
Mensa pia convivia:


Sit Pax, & Requies, dives concordia regent  
Beatitudo, Faustitas.

Cura, dolor, Lites, Rixa, Labor, Ira, Tyrannis  
Fugiat Getas ultimos

Et quid conjugibus metuendum est, auferat ille  
Qui TRINUS est & Unus est.

HEXX

# ALIVD.



H E R R Gott der du A D A M formir/  
E v a m auch Herrlich hast geziert /  
I n dem sie heid zu deinem Bild  
N ach sonderm Raich gar schon gezielt/  
R eichlich begabt / zusam gefügt  
I m Paradies/das jn genügt/  
C hristlich auch jigt durch deine gunst  
H eilig' Sinn/Gespons/in liebe Brunst/  
V on Edlem stam vnd tugent zart  
L ößlich/ mit Namen/hast gebart/  
*E H R E N T .*

*E H R E N T R E I C H V N D D E R V V E I S H E I T K R O C H*  
In deiner furcht/ in frewd vnd wonn/  
Personlich wolst der Priester sein/  
Trawen vnd fügen beid in Ein/  
Zusammen auch verbind ohn schmerz/  
In gleicher Lieb/ Hand/ Mund vnd Herz/  
Gib Anfangs glück/ Mittels/ vnd End.  
Kein Auge/ kein Ohr/ auch von ihm wend.  
VND weil du bist die höchste EHR/  
So hält sie stets in reiner Lehr/  
O las sie an dem Weinstock dein/  
Plühen/ vnd fruchtbare Treublein sein/  
Halt Wach/ gib Ruhe ohn vnterlas  
In lieb vnd leid/ in Kreutz fürbas/  
An dir las haben sterck vnd krafft  
Von edlen Baum des Balsams saffe/  
Hilf GERR der Weisheit brun/ vnd Quell/  
O GERR zu ihm dich stets gesell/  
Las dein heilig Exorgeisterlein  
Thun starcke wach im Templein dein/  
Zur sternen des Asmodei tück/  
Errett behüt vor bösen Blick/  
Nichts trauriges las wurgeln ein/  
Dein gspont bewar für aller pein/

Cōne

Ohne alles leid / ohn alle furcht  
Regier sie auch / gib leibes frucht /  
Für allen vnsall vnd vor tandt /  
Für hader / zanck sünd / spot vnd schand /  
In deinem Reich endlich vorsetz  
Nach dieser zeit / das wünscht zur letzt /  
Der Autor dis von hertzen grund /  
Ein jeder sprech / Almen / zur stund.



## DE NOMINIBUS SPONSORVM NOBI- lium Epigramma.

Heinrichus Sophiam est primis amplexus ab annis;  
Nunc SOPHIA ipsius dicitur in thalamum.  
Quam benè conueniunt HONORE et SAPIENTIA Christi,  
Qua Sponsi & Sponsa nomina pulcra notant.  
Nosse Deum, meritò SAPIENTIA prima putatur,  
Et sapere est casti vivere lege thori.  
Principit id nobis summi sapientia patris,  
Cui qui casto animo paruit, ille sapit.

DE

# DE Sponsæ nomine.

LIPSIA<sup>cus</sup> tacito versabat pectore curas,  
Quam sponsam in thalamum duceret ille suum.  
Quærebat pulcram, mitem, & Pietatis amantem:  
Inventa est: qualis? quanta? SOPHIA fuit.  
Munera quo mentis nomen complectitur unum:  
Munera Lipsiaci Sponsa tot una gerit.

Officio<sup>so</sup> animo exarabat  
L. P.



Zc 3493 Ak



WMB

10

WPA

**ULB Halle**  
002 067 153

3







Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-81644-p0024-3

DFG

GK 300



**Kodak**

LICENSED PRODUCT

Black

**KODAK Color Control Patches** © The Tiffen Company, 2000

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

493